

Caspar Mauritius

Programma, Quo Decanus Casp. Mauritius D. P. P. & Superintendens, Suo & Facultatis Theologicae nomine Ad Disputationem Inauguralem Viri Clarissimi Dn. M. Christiani Kortholt/ Ad diem XXX. Ianuar. publice & solenniter, Deo volente, habendam ... invitat : [P.P. Rostochii sub Sigillo Facultatis Theologicae die XIX. Ianuar. Anno Redemptoris M DC LXII.]

Rostochii: Kilius, [1662]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740033417>

Druck Freier  Zugang



RU Med 1662.

Caspar Meibomius

Vert.: Christian Rotholtz

mit Program

229
Phil PROGRAMMA,

Quo

DE CANUS
CASP. MAURITIUS

D.P.P. & Superintendens,

Suo & Facultatis Theologicae

nomine

Ad

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

VIRI CLARISSIMI

DN. M. CHRISTIANI *Rortholt*

Ad diem XXX. Januar. publicè & solemniter,

DEO volente, habendam,

Magnificum Dn. Rectorem,


Amplissimum hujus Urbis Senarum, Consultissimos,
Experientissimos, Excellentissimos & Clarissimos
Dnn. Professores, Doctores & Licentiatos, Reveren-
dos Verbi Divini Ministros, Eximios Artium Ma-
gistros, Nobilissimos & Præstantissimos Dnn.

Studiofos, aliosq; Literarum & Literatorū

Fautores ea, qua par est, diligentia

invitat.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.





Ria præcipuè hæreticorum agmina eaq; satis
conferta & numerosa adversus orthodoxiã
de Persona Christi Hostis ille DEI & Hominũ
ἀσπονδῶ instruxit: quidã enim deitatem; alii
humanitatem; plurimĩ unionem & com-
municationem duarum naturarum proprietatum & ope-
rationum oppugnarunt. Et hi rursus in duas acies divisi *τῶν δια-
χωριζόντων*, sive dividendum; & *συγχυόντων* sive confunden-
tium. Isti Eutychiani; Illi Nestoriani. Missis Eutychanis
aliisq; qui vel Deitatem vel Humanitatẽ Christi negarunt,
de Nestorio pauca attingemus & velut prælibabimus. Prin-
ceps quaestio Nestorium inter & Cyrillum atq; Orthodoxos
hæcerat: an Homo propter unionem Personalem sit verè
Deus, an vero tantum sit Dei templum & Homo *θεοφῶς*,
numine afflatus, instrumenti loco assumtus & usurpatus.
Agnoscere videtur Nestorius unum secundum unionem
Christum, unum Filium, duarum naturarum inconfusam
connexionem Anathemat. III. Fatetur in Epist. ad Cyrillum,
quæ extat Tom. I. Act. Concil. Ephesin. cap. XIII. *Christi
corpus esse divinitatis templum, illudq; nexu adeo sublimi ipsi conjun-
ctum, ut divina natura ea sibi vendicet, quæ corporis alioquin sunt
propria. Verum propter eam sive communicationem sive appropri-
ationem naturarum, nativitatem, passionem, mortem ceterasq; carnis
proprietas divino verbo adscribere, id demum, inquit, mentis est,
Paganorum more verè errantis, aut certè insani Apollinarii & Arii
aliorumq; hæreticorum morbo, aut alio etiam graviore laborantis.
Nam qui appropriationis vocabulum ita detorquent, illos Deũ λόγον
lactationis participem & succedanei incrementi capacem & ob for-
midinem passionis tempore angelici presidii indignũ exstitisse, fateri
oportet. Non negabat Christũ, qui verè est Homo, esse etiam
verũ DEUM. Christum, inquit, nominamus Deum, qui Deo verbo
conjunctus est. Non negabat Christum esse Deũ deitate su. &
Ho.*

Hominem humanitate sua. Propositiones personales ver-
 bales, tropicas, figuratas, abusivas, hoc est, hominem no-
 minetenus, verbaliter, tropicè & figuratè, homonymia ap-
 propriationis dici Deum non negabat: sed Hominem verè
 esse Deum, & Deum immutabilem, infinitum, æternum, Ma-
 ria antiquiorem ex utero Mariæ prodiisse, sive, Deum ex
 Maria natum, hoc pro absurdo & falso habebat. Is, inquit,
qui ante secula natus est, denuo nasci non potest. Ultrò largieba-
 tur, Mariam esse *θεοτόκον*, Immanuel natum esse ex Ma-
 ria, hoc est, hominem Deo unitum. Verba ejus Anathema-
 tismo I. hæc sunt: *Quia Maria Immanuel, qui non est verus
 Deus, sed nobiscum Deus, inhabitans naturam humanam, cui unitus
 est, peperit, non est Mater Dei Verbi, sed ejus, qui est Immanuel.* Et
 in dogmatico quatern. xvii. ut & Tom. ii. Act. Concil. Eph.
 Oecum. cap. iix. *Quia filius simul Deus & Homo est, idèd dicit
 S. Scriptura: Misit Deus Filium suum natum ex muliere. Hoc au-
 tem cum audis, mox in nomen, quod utramq; naturam denotat, &
 præmittitur, mentis oculos conjicis, natumq; ex Maria Virgine Filii
 quidem nomine appellas (si quidem Christipara Virgo Filium Dei ge-
 nuit) attamen, quia Filius Dei duplicis naturæ existit, non Dei Filium,
 sed humanam tantum Naturam peperisse cogites, qui propter Filium
 adjunctum Filii quoq; appellatione afficitur.* Quin Mariam
θεοτόκον dici posse concedebat, quatenus Maria templum Dei,
 non autem ipsum Deum peperit. Admittebat ergo & sic
 propositionem verbalem. Summatim, Hominem Christum
 templum fatebatur, quod inhabitet Deus, etsi longè emi-
 nentiori modo, quam in aliis Sanctis, tamen sine communi-
 catione subsistentiæ & naturarum. Cum enim doceret Cy-
 rillus Anathem. ii. *Verbum Carni secundum hypostasin unitum:
 unum tantum una cum sua carne Christum esse, eundem Deum simul
 & Hominem, Nestorius contra statuebat, Carnem non esse divi-
 næ naturæ capacem: quia nec natura divina partialiter est carni u-
 nita, nec caro in infinitum incircumscriptæ naturæ extensa, nec ideo*

natura Deum & hominem. Negata substantiæ & naturarum
 communicatione, non poterat Nestorius idiomatum & o-
 perationum communicationem non negare. Cyrillus cum
 Orthodoxis docens, Deum in carne verè passum, non quidè
 ex naturæ divinæ proprietate, sed propter unionem perso-
 nalem, hæreticus audiebat, qui confunderet naturas, &
 passiones corporis superfunderet deitati. *Passiones carnis nõ
 sunt tribuenda λόγῳ: discernenda est dignitas naturarum,* Nestor.
 Anathemat. XII. Sic primum pariter & tertium genus com-
 municationis idiomatum negabat. Nam qui Deum passum
 esse negat, idem Deū pro salute hominū passum esse inficia-
 tur. Cyrillus cū Orthodoxis in redemptione generis humani
 divinam naturam non tantum divina, nec humanam tan-
 tum humana egisse, sed ad idem *ὑπένεσμα* utramq; naturā
 concurrissè docebat: sed Nestorius cum sectatoribus, *ea,*
que sunt Deum decentia, aptanda esse λόγῳ, & que humiliter
dicta & facta sunt, aptanda formæ servi, adeoque solam
 humanitatem esse passam contendebat. Neque secun-
 dum communicationis idiomatum genus Nestorius in-
 violatum reliquit. Cyrillus in suis Proshonet. ad Theo-
 dof. docens, *λόγῳ* propriam actionis gloriā propriæ car-
 ni largiri, & bona divinæ naturæ cum corpore, quod as-
 sumsit, communicare, illudq; *in gloriā suam & excellentia fa-*
stigium evehere, item *carnem, que Dei omnia vivificantis, peculia-*
ris effecta est, vivificant ipsius verbi virtutem & operationem obti-
nere, gloriāq; ineffabilem, nullog; tempore defecturam sortitam
esse, item, *una adoratione Immanuelem esse adorandum, quatenus*
Verbum caro factum est, item, Spiritum, per quem Homo Christus di-
vena signa edebat, esse illius proprium &c. Cyrill. Exeges. de Verb.
 Incarnat. ad Valer. & Anathemat. IX. IX. hæreticorum
 furori proximus esse censebatur, eò quod *carnem, que divina*
natura capax non est, in infinitum incircumscriptæ naturæ ex-
 tenderet, prout Nestorii verba habent Anathem. II. modo
 alle-

allegata. Nestoriana phrasis erat: *Propter induentem indutum veneror: propter latentem, apparentem adoro: naturas SEPARO, sed adoratione conjungo: Hominem Deo conjunctum UNA CUM DEO adoro.* Sed rectè Cyrillus in schol. de Incarn. cap. xxvi. *Si hominem CUM DEO coadorari dixerimus, divisionem spatiosissimam inducemus. sed enim semper, si in significatione unitatis, quæ est per compositionem, ponatur, duo cogit intelligi. Sic nemo dicitur sibi convivere, concœnare, coambulare. Ita si quis coadorari hominem cum Deo dixerit, duos planè filios dicit, & eos esse distinctos. Et c. III. Descendisse dicimus de cælo Filium hominis per unitatem dispensatoriam, verbo tribuente propriæ carni gloria suæ & divinæ Majestatis claritudinem.* Quæ pluribus persequi nunc prohibemur. Fecit id Disputatione Inaugurali de Nestorianismo Vir Clarissimus Dn. M. Christianus Kortholt, SS. Theolog. Candidatus eximius. De cujus ortu & vita totaq; studiorum ratione quæ accepimus, hic ipsis Dn. Candidati verbis expressa inferenda duximus, ne receptum morem migrasse videamur.

Natus sum auno M. DC. XXXIII, BURGI, quod est oppidum FEMARIÆ, celebris in HOLSATIA Insule, Patre t̄q̄ v̄v̄ & c̄z̄oiz CHRISTIANO Kortholt/ibidem civeolim & mercatore, matre DOROTHEA, B. PETRI PECHLINI, Senatoris quondam. Burgenfis, filia. Ab istis meis parentibus literis consecratus, usq; ad annum ætatis XVI in patria privatæ partim, partim publicæ fidelissimorum Præceptorum informatione traditus, prima eruditionis rudimenta posui; postmodum autem, annò videlicet M. DC. XLIX, studiorum continuandorū causâ ad Scholam Cathedralē SLESVICENSEM missus, præter publicam institutionem privatâ tum Rectoris tum Convectoris informatione usus sum, adjutus in super consiliis admodum Reverendi & Clarissimi Dn. M. THEODORI NIEMANNI, Pastoris ibidem primarij Scholæq; Inspectoris, viri ut doctissimi, sic rarâ pietate & candore conspicui. Exactò heic bienniò annò M. DC. L. ad celebre illud Gymnasium STETINENSE me contuli, Philosophicæ præprimis scientiis ibi operam daturus; in quibus quantum profecissem experturus, ante abitum Disputationem quandam de natura PHILOSOPHIÆ ejusq; in THEOLOGIA usu, propriò Marte conscriptam, sub B. Dn. D. JOHANNIS MICRÆLII, T̄ctoris tunc tēporis, & Theologiæ ac Philosophiæ Professoris, præsidio publicè habui; nec non sub præsidio Dn. M. CHRISTOPHORI PRÆTORII, Eloqv. Professoris, Disputatio.

rationem Ethicam de VERACITATE & TACITURNITATE defendi. Relictò isthoc
 Gymnasio, annò c13 136 LII hanc Academiam ROSTOCHIENSEM accessi. Sed cum
 vix unum heic exegissem annum, patre ad meliorem vitam evocato, matris impulsu
 in patriam me contuli, ibiq; hibernavi, ita tamen, ut bis ante abitum specimina ex
 cathedra Philosophica publice ederem, semel nempe sub Præsidio Clarissimi Dn. M.
 JOHANNIS VORSTII, habendo Disputationem de SIMPOSITO & PERSONA à me
 ipso concinnatam, & paulo post defendendo Disputationem de SPHÆRA ACTIVI-
 TATIS sub præsidio Admodum Reverendi & Excellentissimi Dn. D. BERNHARDI
 GOSMANNI, tunc temporis Physices & Metaph. in hac Academia Professoris, nunc
 Stralsundensis Pastoris, à quo viro non vulgaribus me olim, beneficij ornatum suis-
 se gratisimà mente agnosco. In patria FEMARIA dum substiti, studij Academi-
 cis aliquantum suspensis exercitia homiletica frequenter institui, familiarissime
 interim usus Perquam Reverendo & Clarissimo Dn. M. MATTHIA LOBETANTZ,
 Pastore Burgensi & Ecclesiarum Femariensium Præposito, ut omnigenæ eruditionis,
 ita magni candoris viro, nec non aliis ibi agentibus viris literatis, quos partim ut fide-
 lissimos olim Præceptores, partim ut cognatos, partim ut amicos jam inde à multis
 annis notos, veneror. Gestiebat animus salutare iterum Musas Academicas. Itaq;
 anno c13 136 LIV. in hanc Varniacam (quæ tunc ex accessu celeberrimi illius Theo-
 logi D. JOH. GEORGII DORSCHEL, p. m. novum splendorem acceperat) reversus,
 studio Theologico quàm antecæpi esse addictior, & præter alia exercitia Theologica
 privatim instituta, publice Disputationem de θεωνομίας meâ ipsius industria elab-
 oratam sub Admodum Reverendi & Excellent. Dn. D. CASPARI MAURITII, S. Th.
 P. P. & Superintendentis, Domini & Sympatriotæ mei devenerandi, præsidio habui.
 Fiebat interea, ut Magnificus & Amplissimus Vir, Dn. DAVID GLOXIN, J. C. C. S., in-
 clutæ Lubec-Reipubl. Syndicus primarius, Consistoriij, ibidem Præses, & c. quem jam
 inde à puero tanquam singularem Patronum filiali affectu veneratus sum, de studij
 meis Theologicis feliciter in posterum promovendis cogitationem susciperet. Cumq;
 hoc nomine etiam affrui suo, viro itidem Magnifico & Amplissimo Dn. HENRICO
 SCHABELL, J. C. C. & Consuli nunc Wisnariensi, & c. de meliori nota me commen-
 dasset, an c13 136 LVI. in numerum eorum, qui celebri istò beneficiò SCHABELLIANO,
 quod jam jam dictorum Consultissimorum virorum manibus hodie dispensatur,
 in Academiis sustentantur, receptus sum. Eà occasione huic nostræ valedicendi, &
 JENENSEM Academiam, ubi cæteri tunc temporis agebant alumni, petendi necessi-
 tas mihi fuit imposta. Ante abitum tamen apud Ampliss. Facultatem Philosophi-
 cam nomen meum professus fui, & honores MAGISTERIALES petii, quos etiam su-
 pra nominatò annò mihi contulit celeberrimus vir ANDREAS TSCHERNINGIUS
 Poes. Professor, nunc Beatus, postquam ante sub Decanatu Admodum Reverendi &


Ex.

Excellentissimi Dn. D. MICHAELIS COBABI, Mathematicum Professoris, consueto me examini submiseram. JENAM, nobile istud divina humanaq; sapientia emporium, ingressus, hospitem statim & Praeceptorem nactus sum virum Admodum Reverendum & Excellentissimum Dn. D. JOH. MISELUM, Theologicae Facultatis ibidem Seniore, cujus excellenti Judicio, exquisitissimae eruditioni, & prudentissimae consilii multa me debere gratissimò animò profiteor semperq; profitebor. Convidor autem inter alios Nobilissimos Clarissimos doctissimosq; viros, (quorum non pauci splendidissimis nunc praesunt officis, vel aliàs etiam venerabilibus dignitatibus fulgent,) obigit Admodum Reverendus & Excellentissimus Dn. SEBASTIANUS NIEMAN, tunc temporis SS. Theol. Licentiatus, nunc ejusdem Doctor, & in dicta Academia Salana Professor, vir accuratissime doctus, ex cujus quotidiana conversatione, & cum primis in historia Ecclesiastica, informatione, itidem studiis meis non parvam accessionem factam esse agnosco. Sed & reliquorum ejusdem loci inclitorum Dn. Theologorum, nempe Dn. D. CHRISTIANI CHEMNITII, Superintendentis, & Dn. D. JOHAN-ERNESTI J. F. GERHARDI, favorem satis amplum expertus sum, eorumq; Disputationibus, Opponentis partes identidem sustinens, non raro inter fui. Quid item Excellentissimi Academiae istius Philosophi de studiis conatibusq; meis censuerint, abundè restatum fecerunt, quando annò cl. 17c LVII, post unum alterumq; eruditionis Philosophicae specimen publice ac privatim editum, inter Amplissimae Facultatis suae ADJUNCTOS me receperunt. Quà dignitate auctus universas disciplinas Philosophicas privatos inter parietes studiose juventuti semel iterumq; proposui, intermixtis aliquoties Collegiis Hebraicis, Chaldaicis, Syriacis. In Cathedra item publica non infrequens fui, habitis disputationibus de VISIONE DEI, LIBERO ARBITRIO, CIRCULO PAPISTICO, HOSTIIS seu PLACENTIIS ORBICULARIBUS in S. Synaxi usitatis, ANIMALITATE HOMINIS, JUBILÆO EBRAEORUM, &c. &c. In Cathedra Theologica, Praeside Dn. D. MISSAEO publicè defendi disputationem de ECCLESIA, Marco Antonio de Dominis oppositam. Edidi quoq; heic Tractatum de PERSECUTIONIBUS ECCLESIAE PRIMITIVAE, & de PHILOSOPHIA BARBARICA, nec non OPUSCULA ALIQUOT ANTI-PAPISTICA. Ceterum cum an. cl. 17c LX supra nominatis Magnificis Dn. Collatoribus legati Schabbeliani visum fuerit, ut alumni sui, postquam aliquot jam annos JENAE subsisterant, etiam alias Academias inviserent, illiq; hoc sine LIPSIAM primum, & mox WITTEBERGAM peterent, ego occasionem hanc amplectens, matris invisendae causâ in patriam iter suscepi, & cum itineris istius ratio commodissime id ferret, simul Academiam hanc Rostochi hinc denuo salutavi, in qua etiam ad praesens usq; tempus me subsistere voluerunt saepius memorati Dn. Patroni.

De

De quorum sententia cum rationem studiorum Theologicorum Facultati Theologicæ ad impetrandâ Licentiâ capessendi summum in Theologia gradum reddere constituisset, nobis propositum suum Nobilissimorum & Amplissimorum DNN. PATRONORUM voluntate munitum, exhibitis EORUNDEM ad Facultatem nostram literis, aperiendum existimavit, atq; , ut ad Examen privatû publicumq; , quæ præmitti honoribus suo tempore conferendis solent, admitteretur, decenter petiit. Qua in re haud difficilem sensit Facultatem nostram, quippe cui DN. CANDIDATI processus in studiis Theologicis jam multis Speciminibus explorati erant. Admissus ergo ad Examen privatum sua nobis studia suosq; profectus laudatissimis documentis abundè probavit. Ut autem Dn. Candidati nostri eruditio in clariori luce collocetur, Disputationem Inauguralem de Nestorianismo, materia satis ardua & intricata, ad diem xxx. Januarii, DEO VOLENTE, ex decreto Facultatis nostræ habiturus est. Te igitur, Magnifice Dn. Rector, Vosq; , Viri Amplissimi, Experientissimi, Excellentissimi, Reverendi, Eximii, Nobilissimi & Præstantissimi, quos in principio præscripsimus, diligentissimè invitamus & summopere contendimus, ut Disputationem hanc Inauguralem honorificâ vestrâ præsentia splendidiorem reddere, cum Dn. Candidato amicè conferre, conferentesq; benevolè audire haud dedignemini. Quod si feceritis, honore magno tum Collegium nostrum tum Dn. Candidatum afficietis, nosque ad repensandum cultu studiis officiisque affectum tantum vobis reddetis obstrictissimos. DEUS omnes Dividentes & Confundentes ab Ecclesia nostra & Republica clementer & potenter arceat!

P.P. Rostochii sub Sigillo Facultatis Theologicæ die XIX. Januar. Anno Redemptoris M. DC. LXII.



allegata. Nestoriana phrasis er
veneror: propter latentem, apparen
adoratione conjungo: Hominem D
adaro. Sed rectè Cyrillus in f
bominem CUM DEO coadorari dixer
inducemus. sed enim semper, si in sig
compositionem, ponatur, duo cogit
convivere, concenare, coambulare.
cum Deo dixerit, duos planè filios da
III. Descendisse dicimus de cælo Fili
satoriam, verbo tribuente propria
statis claritudinem. Quæ pluri
mur. Fecit id Disputatione In
Vir Clarissimus Dn. M. Christia
Candidatus eximius. De cujus o
ratione quæ accepimus, hic ip
pressa inserenda duximus, ne
videamur.

Natus sum auno M.DC. XXXIII, BURGI,
HOLSATIA Insule, Patre TQ VVV EV à çiois
lim & mercatore, matre DOROTHEA, B. P
Burgensis, filia. Ab istis meis parentibus liter
in patria privatæ partim, partim publicæ fid
traditus, prima eruditionis rudimenta post
M. DC. XLII, studiorum continuandorū ca
CENSEM missus, præter publicam institutio
ris informatione usus sum, adjutus in super c
fimi Dn. M. THEODORI NIEMANNI, Past
ris, viri ut doctissimi, sic rarâ pietate & can
annò M. DC. L. ad celebre illud Gymnasium
præprimis scientiis ibi operam daturus; in
ante abitum Disputationem quandam de m
LOGLIA usu, propriò Marte conscriptam, su
Lectoris tunc tēporis, & Theologia ac Philo
nec non sub præsidio Dn. M. CHRISTOPHOR

induentem indutum
aturas SEPARO, sed
m UNA CUM DEO
arn. cap. xxvi. Si
nem spatiosissimam
nitatis, quæ est per
e nemo dicitur sibi
coadorari hominem
te distinctos. Et c.
er unitatem dispen
sua & divina Maje
ni nunc prohibe
e Nestorianismo
olt, SS. Theolog.
otaq; studiorum
didati verbis ex
orem migrasse

n FEMARIÆ, celebris in
Rortholt / ibidem civeo
II, Senatoris quondam.
q; ad annum ætatis XVI
ceptorum informatione
autem, annò videlicet
Cathedralem SLESVI
Recloris tum Conrecto
n Reverendi & Claris
varii Scholæq; Inspecto
Exactò heic bienniò
ne contuli, Philosophic
profecissem experturus;
PHIÆ ejusq; in THEO
ANNIS MICRÆLII,
præsidio publicè habui
ogv. Professoris, Dispu
tatio.

